

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6363

**Auteur(s) :** Gautier de Saint-Jean [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Lô (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1205-1208]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation par Gautier de Saint-Jean de plusieurs rentes près Beaulieu.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses priviléges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XXXI, p. 347-348.

## Dissertation critique

Cf. 1205-1206 ou 1207-1208 : les mandats de Nicolas de Dieppe du maire de Rouen.

Texte établi d'après a

Sciant omnes quod ego Walterus de S. Iohanne miles pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum dedi et concessi in perpetuam et puram elemosinam Ecclesie Beati Laudi Roth. et canonicis ibidem Deo servientibus quicquid iuris et dominii et hereditatis et redditus habebam et michi et heredibus meis pertinebat in hiis hominibus meis subscriptis et in tenementis que de me tenebant ad Crucem iuxta Bellum locum. videlicet in Iohanne de Hamel et in tenemento suo unde michi annuatim reddebat hereditarie decem et novem solidos usualis monetæ et quatuor capones et duos denarios et triginta ova et duos denarios videlicet medietatem XIX solidorum in media quadragesima, et medietatem in festo sancti Michaelis et IIII capones et II d. in natali Domini et XXX. ova et II d. in Pascha. Willelmus de Mara XVIII. sol. medietatem in media quadragesima et medietatem in festo s. Michaelis et VII capones et VII d. in natali Domini et LXX ova et VII solidos in Pascha. Volo autem et concedo ut hii homines predicte ecclesie et canonicis faciant et reddant. quicquid michi et heredibus meis faciebant et reddebant et facere et reddere debebant de illis tenementis que de me tenebant. ita quod ego nec heredes mei aliquomodo ibi aliquid reclamare poterimus. Hoc autem donum ego et Baldoinus filius meus primogenitus pro nobis et heredibus nostris contra omnes gentes garantire iuravimus predictis canonicis. Et si quod defectu garantisationis nostre amiserint de predicto redditu vel aliquid inde annuatim defecerit omnem amissionem et defectum eis in nostris aliis tenementis melius apparentibus restaurabimus. Pro huius autem doni concessione et garantisatione dederunt mihi de caritate domus sue XV libr. turon. de recognitione et iam dicto Baldino filio meo quedam calcaria de duobus solidis. Et ut firmiter teneatur sigillo meo confirmavi. Testibus. Nicolaus de Depa tunc maiore. Clar. rufo. Ricardo de Watevilla. Bert. le Gallar. Henricus de Rafetot.